

407.

Landgraf Ludwig III. bekundet die Schenkung seines Ministerialen Udo an das Kloster Reinhardtsbrunn. 1175.

Hdschr.: Kop. R R I. 18 fol. 316. Haus- und Staatsarchiv Gotha.

5 *Gedr.: Stumpf, Acta Magunt. 90.*

In nomine summe et individue trinitatis. Ego Ludewicus Thuringie lantgravius notum esse volo tam futuri quam presentis temporis fidelibus, quod Udo meus ministerialis pro remedio ac salute anime sue contulit ad altare sancti dei genitricis Marie in R[einers]-bron ad usum confratrum et aliorum ibi deo serviencium predium suum, III scilicet mansos
10 ac vineam et VII curtes in villa Topfstethe hoc pacto, quatenus, dum ipse vixerit, his libere perfruatur, sed post eius obitum ad prefatam ecclesiam sine omni contradictione conferatur. Actum anno ab incarnatione domini MCLXXV, indictione nona. Testes sunt. Ego Ludowicus lantgravius. Hermannus abbas. Hartungus prior. Burckardus comes. Gumpertus. Cristanus cappellani. Egkehardus de Guttirn. Reinhardus de Topfstet et
15 plures alii.

408.

Erzbischof Philipp von Köln giebt die von seinem Vasallen, dem Grafen von Katzenellenbogen, eingelöste Vogtei zu Weiler dem St. Cassiusstifte zu Bonn. — Zeuge: Heinrich Raspe. 1175.

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Düsseldorf. S. des Erzbischofs an grüner Seide.

20 *Gedr.: Günther, Cod. Rheno-Mosellan. 1,421.*

— — Acta sunt hec anno dominice incarnationis M C LXXV, indictione VIII, regnante Friderico Romanorum imperatore, anno imperii eius XXXII, regni autem XXV, sub testimonio Brunonis maioris prepositi, Hugonis maioris decani, Theoderici prepositi sanctorum apostolorum, Heinrici Raspen, Godefridi de Heimersberg, comitis Alberti
25 de Molbag, comitis Ruberti de Nassowe, comitis Willelmi de Ivleche, Reineri de Frosbreth, Theoderici de Milendunc, Gerardi advocati, Godefridi de Wolkenburg.

(S.)

409.

Kaiser Friedrich I. erneuert der Stadt Cremona ihre sämmtlichen Rechte und Gewohnheiten. —
30 *Zeuge: Landgraf Ludwig.* Pavia, 1176 Juli 29.

Hdschr.: Or. Perg. Cremona.

Gedr.: Stumpf, Acta imperii 209. Prutz, K. Friedrich I. 2,375. Stumpf 4181.

— — Nomina quoque testium principum scilicet et aliorum nobilium et honestorum virorum tam de Teutonicis quam de Lombardis, qui huic nostre concessionem et
35 donationem interfuerunt, subter notari fecimus. Wiemannus Magdeburgensis archiepiscopus.